



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 3. De dismembratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

accessiones, quia vnio in ea plenarium non fuit sortita effectum, licet beneficia vnita supprimantur, quæ differentia prouenit ex diuersitate verborum illorum decretorum.

297 Vltimo vnio facta ex causa onerosa, & in recompensam, non reuocatur per regulam Cancellariæ reuocatoriæ vnionum, vt fuit resolutum in vna Eugubina beneficij 4. Iun. 1584. coram D. Rubeis: & in alia Eugubina Sancti Stephani 29. Martij 1596. coram D. Arigonio, de qua supra parte præced. c. 4. m. 42. ad Moheda. dec. 145. Crescen. 141. Puteum 337. lib. 1. González sup. n. 50.

298 Et facit, quod videtur tenere Mand. ibi q. 8. regulam illam locum sibi non vindicare in vnione facta ex causa remuneratoria ob seruitia, seu merita extraordinaria, vt per eum reg. 13. q. 8. n. 11. & seq.

299 Quamuis in vnione facta cum clausula in vim contractus habere locum alias Rota resoluitur in vna A-bulen. de anno 1540. vt per Moheda. dec. 6. de primil. Put. 52. lib. 1. & dec. 1136. lib. 3. p. 3. diuersorum, & tradit Mandos. ibi q. vlt.

300 Et quando vnus dat de regula reuocatoriæ, & alter explicat vnionem fuisse sortitam effectum, cui incumbat onus probandi, vide Mandosium, ibi q. 7.

301 Ad vltimum de reuocatione vnionis, vide Pet. de Perusio in tract. de reuocatione vnionis, Caccialupum d. tract. de vnio. ar. 9. & 10. Rebus. in praxi 11. de vnionis reuocatione, Gambarum de offic. legati lib. 5. rubric. 1. de potestate legati in vniedo ex n. 153. & Rotam dec. 542. 578 596. & 642. lib. 3. par. 3. diuersorum, & Acor d. 2. p. lib. 6. c. 29.

302 Et in summa tamen dicendum est primo, quod ille potest vnionem dissolvere, qui potuit illam facere, quæ regulam ponit Caccialupus art. 9. & Rebus. n. 15.

303 Qui tamen, seg. cum Pet. de Perusio d. tract. c. 4. ait, quod potest Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiā à Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nam Papa vniedo noluit tollere potestatem ordinarij, c. 2. de religiof. domib. Feder. conf. 263. sequitur Acor d. c. 29. q. 5.

304 Hoc tamen de reuocanda vnione facta à Papa intelligit Pet. de Perusio d. cap. 4. quando illa vnio facta sit à Papa ex ordinaria potestate, secus si ex plenitudine potestatis, quam etiam legatum non posse reuocare ait.

305 Secundo dicendum est, quod vnio reuocari potest cessante causa propter quam facta est Caccialupus d. art. 9. Rebus. n. 1. & 2. vel alias ex causa necessitatis & vtilitatis ecclesiæ, vel quia redundat in eius damnum, Rebus. n. 3. & Acor d. c. 29. q. 4. & c. præced. q. 21.

306 Aduertendum est tamen tamen cum Petr. de Perusio c. 3. q. 3. quod vnio facta de ecclesia debili, seu paupere, non dissoluitur, si peruenierit ad pinguiorē fortunā, Cenzellinus Clem. fin. verb. defensor. de reb. ecclesiæ: tribuit tamen talis restauratio iustam causam dissolutionis, Acor d. q. 4.

307 Tercio dicendum est, quod in reuocanda vnione requiritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in faciendis, Petr. de Perusio c. 3. q. 5. & 6. & Rebus. n. 24. Acor d. c. 29. q. 5. & 6.

308 Et vltius requiritur tamen vocatio defensoris, glo. in d. Clem. si. verb. vnicat, Petr. de Perusio d. c. 3. & Rebus. n. 13. & citatio eorum, quorum interest, vnionem non reuocari. Pet. de Perusio d. c. 6. Rebus. sup. n. 26. & Acor d. q. 6.

309 Quarto dicendum est, quod tamen reuocatio vnionis operatur, quod ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem, Caccialupus artic.

10. Pet. de Perusio supra cap. 7. & vlt. & Rebus. n. 1. m. 38.

CAP. III.

De dismembratione.

SUMMARI.

Per dismembrationem licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis fructibus, seu redditibus: est enim dismembratio cum aliqua bona seu fructus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur, n. 1. & ita quando fructus beneficij alteri vniuntur, & remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio quam vnio, n. 2.

In dismembratione seu diminutione beneficij eadem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli requiritur, etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & alia solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, n. 3. & seqq. vbi ponuntur decisi. Rota.

Circa illud, quod in dec. Mariscan. positis dicitur ad augendum seruitium requiri, quod probetur, aliquos parochianos sine sacramentis decessisse ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduertitur S. Congreg. contrarium censuisse, vt in declaratione posita, n. 9. cui standum est, quamuis Rota eam intellegat, Episcopum ita posse ex officio, si sibi extrajudicialiter videbitur, ita esse opus, & arbitretur, & vt in resolutione posita, n. 10.

Quod dicitur in dismembratione seu diminutione beneficij requiri consensum capituli sicut in vnione, & idem procedit in dismembratione beneficiorum ecclesiæ inferioris, si Episcopus sit author ipsius, n. 11. scilicet si Episcopus non sit author, sed rector, nam in alienatione, qualis est dismembratio, rei ecclesiæ inferioris, quando Episcopus non est author, sed rector ipsius ecclesiæ non habentis collegium, sufficit, quod rector alienet cum autoritate solius Episcopi, & si habeat collegium, requiritur etiam consensus collegij, n. 12.

PER dismembrationem tamen licet non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, seu redditibus, est enim dismembratio cum aliqua bona fructus, seu redditus beneficij ab eo separantur, & alteri applicantur.

Et ita tamen quando fructus alicuius beneficij alteri vniuntur, remanente beneficio penes suum rectorem, potius est dismembratio, quam vnio, vt diximus cap. præced. in princip. n. 4.

In dismembratione tamen autem, seu diminutione beneficij eadem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, & sic consensus capituli, Abb. consil. 106. nu. 4. part. 2. Paulinus de potestate capituli sede vacante 3. quæst. 2. part. numer. 19. Mandosius regul. 22. qu. 13. num. 8. & 9. & practicabilia Rotæ de vnio. num. 11. versic. item scias. Requiritur etiam vocatio rectoris, vel defensoris, & alia solemnitates in alienatione rei ecclesiæ requisitæ, cap. 1. de reb. ecclesiæ non alienan. in 6. & cap. si sede vacante, & ibi Dd. gloss. in Clem. si vnus de reb. ecclesiæ, verb. defensor, & ibi etiam Dd. Rota decisi. vnica de reb. ecclesiæ, & dec. vnica de bis, quæ à prelati in nouis, Gambarus de officio legati l. 5. rub. de dismembratione numero 14. & 15. Mandos. d. q. 13. numero 12. & practicabilia Rotæ supra numero 15. & 16. versic. penultim. Rota decisi. 574. part. 1. diuersorum, & in

& in vna Mariscana dismembrationis fructuum 14. Februar. & 28. Martij 1564. coram domino Pamphilio, & in vna Toletana parochialis de Madrid. 27. Iunij: & 19. Nouembris 1601. & 1. Februarij 1602. coram domino meo Corduba, vt in decisionibus sequentibus.

Mariscana dismembrationis fructuum

14. Februar. 1594.

PRO informante, & videlicet dismembrationem fructuum parochialis ecclesie S. Nicolai non sustineri, quia dicitur alienatio, A. billes decif. vnica de reb. eccl. non alienari. & requirit omnes solemnitates, que requiruntur in alienatione rerum ecclesie, Rota decif. 1. de reb. eccl. non alienari in nouis Franc. capit. 1. col. 1. eodem tit. lib. 6. Rebus. in compendio alienationum rerum ecclesie. nu. 68. & consequenter duo copulatiue ne ope solemnitate, & iustam causam, nec vnum sine alio sufficit, cap. 1. de reb. Ecclesie non alienari. in 6. Clem. 1. eod. tit. Dd. in cap. sine exceptione, 12. q. 2. vbi latissime Laurentius de Rodolphis in 3. q. Bertram. conf. 364. n. 2. in 2. primi, Dec. conf. 142. nu. 4. Couar. qui alios citat var. resolut. lib. 2. cap. 17. n. 2. ubi testatur de commun. & scriptum fuit decursum, hic autem vtrumque deficit, nam de solemnitate aliqua non constat, imo potius de contrario, cum dismembratio sit facta ecclesie vacante, & non constituto ei defensore, prout requiritur capit. 1. ubi gl. in verb. defensor, Francus & alij de reb. eccl. non alienari. in 6. & iradum Dd. Card. Vital. numero 35. & alij in Clem. fin. eod. tit. de causa, qua debet esse vel necessitatis, vel euidentis utilitatis. Minus constat, quod aliqua vigeat, vt potuerit fieri dismembratio pro origine istis nouis canonicatibus, cum numerus parochianorum non sit talis, quod rector cum vno clerico in administratione sacramentorum non possit supplere capitulo, vt quisque, ubi Cardin. Im. & alij de vita & honestat. clericor. Cassador. decif. 19. de preben. Rebus. de congrua n. 65. praterum cum non probetur defectus seruitij, ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinem incolarum, seu parochianorum aliqui decesserint sine sacramentis, vt requiritur ad augendum seruitium, per ea que alias deducta fuerunt in pluribus causis, & ultimo loco in causa Tiraso. congrui seruitij de mense Maij preteriti coram me. Et tanto magis, quod istis canonicis, seu coadiutoribus nouiter erectis non fuit impositum aliquod onus adiuvandi rectorem in administratione sacramentorum, & alias non sunt necessarij, cum ministri pro cantandis missis, & horis canonicis in Ecclesia parochiali sint tantum ad bene esse, vt alias fuit resolutum in causa Legionen. congrua, sub die 11. Octobris 1577. coram bone memorie Laurentio, nec ista dismembratio potest sustineri vigore Concilij Tridentini, quia per illustrissimos domnos Cardinales d. Concilij interpretes fuit resolutum, Episcopum non potuisse ex fructibus huius parochiales erigere canonicatus.

In eadem 28 Martij 1594.

Domini steterunt in decis. non obstantibus testibus nuper examinatis, quia prater quam quod nihil dicunt de deputatione defensionis ecclesie vacante, & alijs solemnitatibus ad validitatem dismembrationis vna cum iusta causa copulatiue, vt in decisione dicitur, requisitis, nullam etiam probant necessitatem augendi numerum ministrorum in ista Ecclesia, intra cuius fines non constet sine sacramentis decessisse aliquos parochianos incolarum multitudinem, & ministrorum paucitatem.

tem, vt requiritur ad augendum seruitium, per ea que alias deducta fuerunt in Legionen. congrua sub die 11. Octobris 1577. coram Domino Laurentio, maxime cum non probetur in hoc oppido, populum esse ita numerosum, vt rector cum vno clerico coadiutore non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis administrandis, & cultui diuino peragendo, vt loquitur Concilium Trident. fef. 21. cap. 4. & facit cap. vt quisque, ubi Cardin. Imo, la, & alij, de vita & honestat. clericor. Cassador. decif. 19. de preben. Rebus. de congrua n. 65. & cessat difficultas, quia non apparet, istis canonicis, seu coadiutoribus in eorum erectione fuisse impositum aliquod onus administrationis sacramentorum, & licet aliquando de facto se illi ingererint, hoc tamen fecerunt habentibus de consensu rectoris, & absque eo quod ad hoc cogi possint, quod est potissimum requisitum, ad effectum vt dicatur ei intinctum onus cura iuxta gl. in Clem. dudum, verb. impendant, de sepult. Abb. in c. de multa de preb. sub n. 24.

Toletana parochialis de Madrid,
Iunij, 1601.

6

IO. Franciscus prout per sedem Apostolicam de parochiali Ecclesia S. Sebastiani oppidi de Madrid agens spolio contra Franciscum Ortiz. existentem in possessione cuiusdam membri S. Laurentij nuncupati, vigore dismembrationis facta per Ordinarium Toletanum, unde contingit dubitari, an ad dictum effectum dictus Ioannes Franciscus fundet suam intencionem, & fuit resolutum affirmatiue, nam de titulo colorato, & secundo extremo per partes non controuertebatur, de primo vero, scilicet possessionis Ecclesie S. Sebastiani, apparet ex instrumeto possessionis capta per eius procuratorem, de cuius speciali mandato constabat in actis, leg. pradias, ubi Bartol. ff. de acquiren. posses. l. non idcirco, ubi Bald. C. de fideius. Puteus decif. 360. numero octauo lib. 1. Casar de Graffis decif. 5. de causa posses. in uelta assertione dicta possessionis in intimatione ei facta ab ordinario pro restitutione in beneficio. Quod autem Ecclesia S. Laurentij sit membrum, ac parochiani illi assignati sint S. Sebastiani ultra dismembrationem factam, satis videbantur probare testes qui dabantur, assignantes certos limites nulla interiecta parochia, & quod administrabantur sacramenta, & decime solvebantur. Ex quibus sequitur, quod Ioannes habeat intencionem fundatam super omnibus parochianis, & iuribus parochialibus existentibus intra limites sua parochie, capit. fin. de paroch. cap. ad decimas de restitut. spoliat. in 6. & consequenter dixerunt Domini, posse agere pro illis, & absque alia sui tituli exhibitione, Rota decif. 1. de restitut. spoliator. in nouis Caputagen. dec. 6. part. 3. Composellan. in cap. nil de elect. ubi Abb. num. 24. non obstante pretesa dismembratione, que est de intentione Francisci, ac teneret de ea, & illius validitate doceret, leg. 1. ff. de exceptio. l. in exceptionibus, ff. de probat. Paris. conf. 45. num. 1. vol. 1. Maxime quia ex aduerso preatendebatur non fuisse effectuatam, ex quo Ecclesia S. Laurentij nunquam fuit constructa. Nec obstabat consensus rectoris predefuncti, prestitus pro dismembratione, quoniam Ecclesia competit actio spoliij, quando cecidit a possessione facto iniusto, vel nullo rectoris, Verallus dec. 170. par. 3. & fuit nouissime resolutum in causa Neapolitana spoliij 13. Iunij huius coram D. Lancellato, & alibi sape.

In eadem 19. Nouembr. 1601.

7

Fuit resolutum vna parte informante, dismembrationem, de qua agebatur, fuisse inualidam, nam cum

sit quedam species alienationis, indubiatum est requiri, solemnitatem, & iustam causam pro sui validitate, ac inde citandus erat rector, & eius consensus adhibendus & vacante Ecclesia constituendus illi defensor, cap. 1. vbi glof. ver. defensor. de rebus Ecclesiarum, Lopus alleg. 66. n. 3. Rota decis. vnica de reb. Ecclesiarum in nouis, Achilles decis. vnica eodem tit. & fuit late deductum coram D. Decano in vna Toletana beneficii 13. Oct. 1579. diuerforum 524. par. 1. & coram D. Pamphi. in alia Vlisbonen. fructuum, 21. Iunij 1596. & in causa Marsicana dismembrationis fructuum, 14. Februa. & 28. Martij 1594. quod neutrum in praesentia videbatur fuisse factum. De causa autem villi, vel necessaria, minus constabat, illa enim numerositas populi iam diu per S. Congr. Concilij fuerat reprobata, & dictum tali casu adhibendum esse remedium, de quo in cap. ad audientiam de Ecclesiis, edificand. renouatum huic incommodo per augmentum seruij subueniendum, maxime cum alias non ostenderetur impedimentum, nec adesset talis distantia, ut parochiani impediantur accedere ad parochiam. Quod impedimentum, si quod tunc adesset, iam hodie videbatur cessare per recessum Regiae Curiae ab oppido de Madria, nec de illa apparebat, nisi per assertionem ordinarij in dismembratione facta, cui non statim, Bartol. in l. si forte. ff. de castren. pecul. numero 6. Legitima autem causa erat alias per processum iustificanda, nec adhuc noua Ecclesia fuerat edificata, sed ambo rectores in vna eademque sacramenta ministrabant. Vnde semper stabat inconueniens, quod propter latitudinem parochiae, vel populi multitudinem, non possent parochiani adire illam, nec parochus ad eos accedere.

In eadem 1. Febr. 1602.

Domini steterunt in decis. 19. Nouem. proxime praeteriti, tam ex defectu solemnitatis, quam causae, nec defectus defensoris deputandi suppleri potest ex tribus rationibus pro administratione sacramentorum, cum illi absque citatione instarent pro dismembratione faciende, tantum abesse, quod inuenerunt, & defenderet iura Ecclesiae, prout faceret defensor ad istum effectum deputatus, ut iura requirunt, c. 1. de reb. Ecclesiarum non alien. in 6. cum alijs in d. dec. allegatis. Et defectus satis videbatur facili, quod nulla causa legitima appareret, prout fuit decisum. Cui ex aduerso non dabatur congrua responsio: nam illa numerositas populi, ultra quod ante declaratione S. Congregationis Concilij, non potest dici sufficiens, non fuit sublatam ex dicta dismembratione facta per diuisionem parochiarum a dextris & a sinistris, cum idem inconueniens distantiae, & latitudinis parochiae remaneret sacramenta administrando in eadem Ecclesia. Nec obstabat, quod postea superuenerit consensus rectoris, quia illius vocatio non requirebatur solum pro eius interesse, sed pro forma iudiciali ad rigorem iuris observandum in fauorem publicum, ne ecclesia depauperetur, ut fuit late deductum in causa Senogal. spolijs 10. Decemb. 1568. coram Fineto, & inde consensus subsequens non conuulsa alienationem nullam, sed operatur, quod ipse rector non possit contradicere, Io. And. in c. 1. n. 3. de reb. Eccl. Tirag. post leges connubiales gl. 6. n. 3. Soc. conf. 87. n. 4. lib. 1.

Circa illud autem, quod in illis decisionibus, Marfic. dicitur ad augendum seruitium requiri, quod probetur aliquos parochianos sine sacramentis decessisse ob multitudinem incolarum, & ministrorum paucitatem, obiter aduerto, S. Congregationem Concilij in causa Tirafonens. contrarium censuisse, his verbis: *Congregatio Concilij censuit non debere expectari, quod parochiani decedant sine sacramentis,*

ut Episcopi cogant rectores sibi adiungere alios sacerdotes in Ecclesijs parochialibus, in quibus populus ita numerosus est, ut unus rector non sufficiat, iuxta c. 4. sel. 22. de reform. Hieron. Cardin. Matthaeus.

Cui standum est, quamuis Rota in d. Tirafon. co. 10. graui seruitij 6. Iunij 1594. coram D. Giphio resoluerit, Quod licet Episcopus possit cogere rectores adiungere alios clericos ad administrationem sacramentorum, & diuina officia, si unus rector non sufficiat, iuxta cap. 4. sel. 21. de rector. tamen Rota non solet ad id compellere, nisi probatum sit aliquem decessisse, sine sacramentis defectu congrui seruitij. Quae decisiones non repugnant cum declaratione S. Congregationis, quae declarauit posse Episcopum cogere ad id, si videtur esse necessarium, nec esse expectandum, quod aliqui moriantur sine sacramentis. Intelligendum enim est Episcopum, ita posse ex officio, si sibi extrajudicialiter videbitur ita esse opus, & arbitretur. Rota tamen ad instantiam partis, nisi sibi iudicialiter appareat de necessitate ex praedicta probatione, non compellit, alias enim ipsa non potest arbitrari necessitatem. Maxime, quod alij clerici participes de decimis tenentur adiuuare rectorum in administratione sacramentorum, prout fuit dictum in Toletana primitiarum, &c.

Illud vero quod supra dictum est in dismembratione, seu diminutione beneficii requiri consensum capituli, sicut in vnione, ita demum procedit in dismembratione, seu diminutione beneficiorum Ecclesiae inferioris, si Episcopus sit auctor ipsius dismembrationis, seu diminutionis, ut d. cap. 1. de rebus Ecclesiae in 6. Secus si Episcopus non sit auctor, sed rector, nam in alienatione, (qualis est dismembratio, ut in dictis decisionibus) rei Ecclesiae inferioris, quando Episcopus non est auctor, sed rector ipsius Ecclesiae non habetis collegium, sufficit, quod rector alienet cum auctoritate solius Episcopi, & si habet collegium, requiritur etiam consensus collegij, Abb. in c. 1. n. 5. de his quae sunt a praetatis, Aufer. in additione 1. Capellae Tolosanae dec. 98. Couar. lib. 2. var. c. 17. n. 1. Causa, mille loquio 135. n. 2. r. Causa, decis. 45. n. 28. Redoan. de reb. Ecclesiae n. 25. & 26. Men. in add. ad l. 2. de arbitrariis. casu 172. n. 155. Solis de censib. l. 2. c. 3. n. 7. Castillo de usufructu, c. 54. n. 22. & P. Molina de iustitia. 2. to. disp. 408. 5. conclus.

CAP. IV.

De diuisione beneficii.

SUMMARIUM.

Dismembrationi proxima est diuisio beneficii, per quam diuiditur, & secatur ex vno faciendo duo, &c. n. 1. Quae est prohibita Concilio Turonensi n. 2. Nisi ex iusta & rationabili causa fiat, & facultates sufficiant, n. 3. & seqq. vbi ponuntur decisiones Rotae.

Circa hanc materiam diuisionis beneficiorum videndi sunt citati, n. 6. Qui ultra dicta requisita in ea requirant consensum capituli, sicut in alienatione, &c. n. 7.

Dismembrationi proxima est diuisio beneficii, per quam diuiditur & secatur beneficium ex vno faciendo duo, vel plura beneficia.

Est autem diuisio, seu sectio beneficiorum prohibita Concilio Turonensi. ut in cap. maioribus, & ca. dilecto. de praebe. vbi Ab. & alij Nisi ext. iusta & rationabili causa fiat, & facultates sufficiant, & vacante, & cum causam, de praebe. gl. in d. c. maiorib. verb. diuisionem, Abb. & alij in d. c. vacante. Et ita fuit resolutum in vna Calagurritana beneficii de Ondategui 28. Martij 1583. coram illustrissimo D. Lancelloto, & in alia Calagurritana beneficii de Arriola 18. Iunij 1593. coram D. Giphio, ut in sequentibus decisionibus, quae sunt notandae.

Calagur-